Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

sanctissimi episcopi et subtiliter ei omnia nar
ravit que gesta sunt per execrabilem et perniciosum
hebreum ac maleficum et per suam elationem et
abnegationem et cyrographi conscriptionem
propter inanem gloriam huius seculi. De in
confessione sua ad deum et dominum nostrum iesum
christum et per penitentiam et immaculatam et inde
ficientem fontem intemerate dei genitricis
a qua et cyrographum pessime abnegationis
acceperit et porrigens sanctissimo episcopo sig
natum tradidit in manus eius. Omnesque simul
admirati sunt clerici simul et laici mulieres
et infantes. Postulavitque ut in pergo co
ram omnibus legeretur iniquissimum illud et
horribile cyrographum. Cognoveruntque omnes
populus que ei contigerat et qualiter ei reddita
fuerit cartula negacionis. Unde et episcopus
clamabat et dicebat. Venite omnes fideles
veru glorificemus deum nostrum. Venite omnes et vide
te stupenda miracula. Venite christi dilecti
et videte illum qui non vult mortem peccatoris
sed ut convertatur et vivat. Venite videte
fratres mei efficaciam penitencie. Venite
videte lacrimas diluentes peccata. Ve
nite karissimi videntes lacrimas delentes
vulnera iniquarum actionum et candidio
rem nive animam demonstrantes. Venite vi
dete lacrimas remissionem peccatorum impetran
tes. Venite omnes christiani considerate lacrimas
iram dei removentes. Venite conspica
te quantum valet gemitus anime cordibusque con
tricio. Quis non miretur fratres mei ineffa
bilem pacienciam dei? Cuius non stupeat
inenarrabilem compassionem et caritatem
dei erga nos peccatores? Quadraginta
diebus legislator moyses ieiunans a deo
conscriptas tabulas suscepit et hic noster frater
xl diebus permanens in venerabili templo
immaculate et gloriose semper virginis
marie. Quorum gratiam quam negando per

T Venite videte lacrimas convolare portantes
animam ad dominum T

diderat ieiunando a deo recepit. Demus
igitur et nos simul gloriam cum eo deo nostro
qui sic misericorditer exaudivit peniten
tiam confugientis ad eum per interventionem
immaculate virginis semper MARIE. que
est inter deum et homines fons verissimus
que est spes desperatorum que est refugium
afflictorum que maledictionem humane nature
compescuit. que est vera ianua in qua omnes
peccatores pulsant et accipiunt. et apud eum
quem genuit dominum nostrum petitiones offert
et accipit peccatorum nostrorum indulgenciam. Re
cordare ergo et nunc sancta dei genitrix que ad te
vigilamus pura fide et confugimus. et non de
relinquas pauperrimum ovile. sed deprecare
pro eo apud magnum dominum et intercede ut con
servet sine incommodis et sine calumnia
In te enim speramus omnes christiani et ad te confugimus
ad te oculos nostros die noctuque pandimus
Te enim et eum qui ex te carnem suscepit
dominum nostrum salutamus et glorificamus. Et
quid iam loquar aut quid dicam aut
qualem laudem et gloriam ei qui ex te
natus est offeram? Certe magnificata
sunt opera tua domine et non sufficit lingua
ad enarrandum gloriam mirabilium tuorum
Vere magnificata sunt opera tua domine. Certe
congruum est hoc evangelii dictum. Afferte
stolam primam et induite illum et date anulum
in manu eius et calciamenta in pedes eius.
et afferte illi vitulum saginatum et occidite
et edentes epulemur quia hic frater noster mor
tuus fuerat et revixit. perierat et inventus
est. Et postquam surrexit rogavit eum ut
combureret illam nefandissimam cartulam
quod et factum est. Et videntes populi ex
ecrabile cyrographum et negatoriam cau
cionem combustam igni ceperunt cum
multitudine lacrimarum diutissime cla
mare kyrieleison. Et annuens manu